Reuchlin, Johannes ; Guarinus <Veronensis>: Vocabularius breviloquus / Joh. Reuchlin. [Enth.:] Ars diphthongandi / Guarinus Veronensis [u.a.]

[Straßburg: Georg <Husner>], 30. Sept. 1496 Seite 691



miratiōe vel timore affici. Jñ hic torpor oris. Et torpesco cis. inchoa.

Torqueo. q̄s. torsi. torsuz vel tortū a. s. i. cruciare. Et torquere. id est flectere volue re vel mittere. iaculari.

Torreo res. rui. tostū. a. s. id est vrere. assare. siccare. cremare vł ꝑtere. siue soluere Vñ Theodolꝰ. Ethiopū terras iaz fer uida torruit estas. Torreo facit torrui. in preterito. ꝛ tostum in supino. Inuenitur etiam torritum tu. De significationibus huius verbi solet dici. Qui torret voluit siccat cremat assat ꝛ vrit.

Torresco cis. a torreo verbum inchoa. qđ accipitur quādoq; improprie in actiua significatōe. ꝛ absoluta. id est arescere

Toxico cas. a. p. i. venenare veneno inficere. Et cōponit̃ intoxico cas.

## T ante R

Tracto tas. verbū. fre. a traho is. qđ videt̃ distare a significatōe sui ꝑmitiui. sed penitus nō distat. Nam q̄ aliq̄d tractat q̄dāmō illud trahit. Est em̄ tractare sententiaz freque̅ter huc ꝛ illuc trahere. Et tractare est ad libitū trahere. Inde tractus ta. tum. Et hic tractus tus. tui. Et tractim aduer. id est lente

Trado. dis. didi. traditū. a. t. id est ꝑdere dare. ł trāsferre. ꝛ dicit̃ a trans ꝛ do das. ꝛ abijciunt̃. n. s. Unde Qui tribuit tradit. tradit iniquus homo. Inde hic traditor. oris. id est proditor. vt iudas est traditor. id est dator.

Traduco cis. duxi. ductum a. t. id est ad vlteriora ducere. vltra ducere. publicare. et đr a trās. ꝛ duco cis. ꝛ abijciūt̃. n. s. vñ in psal. debz dici. Qui traduxit ppłm suū ꝑ desertū. Et Matth. j. Joseph cū eēt iustꝰ ꝛ nollet eā traducere. i. ꝑducere s̃m glosā vnā. Et greci hn̄t ꝓpalare. ꝛ redit in idē. Qđ em̄ manifestat̃ q̄si de tenebris ad lumē traducitur. Inde traductus ta. tum. ꝛ producit du.

Traho his. traxi. tractū. a. t. id est extendere rapere ampliare. educere.

Traijcio cis. ieci. ctū. a. t. i. vltra iacere vł ꝑforare vł trāsfigere. Jñ traiectꝰ a. ū. Et hec traiectio onis. id est vltra iactio. Et ponit̃ ꝓ merciū trāsportatōe. Vñ Eccli. xxxvij. Cum negociatore de traiectiōe cū emptore de venditione tracta

Trano nas. naui. n. p. id est vltra no. vel nato vł transeo. sed ꝓprie de mari dicitur

Transcendo dis. di. sum. n. t. id est vltra scandere. ꝛ đr a trans ꝛ scando dis. ꝛ abijcitur s. Et sic scribitur. ꝑ vnum s. quia nec ante consonantem nec post consonātem debet fieri geminatio consonantis. vt asto. ascendo. transcendo. nisi altera illaꝝ fuerit liquida vt supplico. supprimo

Trāseo is. siui. sitū. i. vltra ire ꝛ đr a trās ꝛ eo is. ꝛ est s de ꝑma syllaba. ꝛ ꝑpositio debet syllabicari per se.

Transfero. fers. trāstuli. latum. verbum actiuum id est vltra ferre. vel de vno loco ad aliuz ferre. ꝛ dicitur a trans ꝛ fero. Inde translatus. ta. tum. id est traductꝰ siue vltra ductus. transportatus. Et hic translator toris.

Transfiguro ras. a. p. id est transformare. s. vltra in aliam figuram mutare

Transfreto as. aui. a. p. i. vltra fretū ire. mare trāsire. ꝛ đr a trās. ꝛ fretū. ꝛ cor. fre.

Trāsfugio gis. fugi. a. t. i. vltra aliū fugere. ꝛ dicit̃ a trans ꝛ fugio gis. Jñ h ꝛ hec transfuga. ge. qui đ vno exercitu fugit in alium. Et cor. fu.

Trāsgredior eris. d. t. i. vltra gradi. ꝑuaricari. ꝛ dicitur a trans ꝛ gradior

Trāsgulo las. a. p. id est vltra gulaz deorsum immittere. s. transglutire.

Transigo gis. egi. transactum. a. t. id est vltra agere. vel litez decidere. quasi actionem transire. Item transigere. id est cōponere. Inde transigens participium. qđ capit omnes sui verbi significatiōes. Et hec transactio onis.

Transmeo meas. n. p. id est vltra meare. ꝛ dicitur a trans. ꝛ meo as.

Trāsmigro as. graui. id est vltra migrare. trāsire. Vñ ps. Transmigra in montez sicut passer. ꝛ cor. ꝑmā naturalr. Vñ transmigro gras. penł. ḡuat. licet in aliquibus ecclesijs acuatur. Vñ Zozimas de Maria egyptiaca Heu inquit q̄d te̅taui. quo q̄lis ꝛ vñ migraui. In versu tm̄ migro habet primam cōmunem.

Trāsuado das. aui. n. p. i. vltra vadare. trās vadū ire vł trans vadū ducere. ꝛ đr a trans ꝛ vado das. ꝛ. cor. ua.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-33/0691
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG